Laus Medicorum XX.

Auditores Ornatissimi. Omnium earum artium
scientiarumque, quæ per humanam industriam ad nostræ
vitæ commoditatem, totiusque generis humani conserva-
tionem sunt erutæ atque inventæ, Medicinam non solum
non inter extremas recensendam esse, verum etiam inter
eas, quæ aliaquin inter sese de primatu concertare posse vi-
dentur, facile primas tenere existimo. Siquidem
teste Aristotele, quodlibet bonum tanto est divinius
ac præstantius, quanto communius, dubitari mehercle
non potest, quin Medicina inter reliquas scientiarum
disciplinas talis sit ~~antecellat~~, quæ illarum autoritatem digni-
tatemque non solum adæquet, sed etiam multis, ut aiunt,
parasangis superet, longoque intervallo post se relinquat.
Enimvero eius utilitas tam late diffunditur atque diff-
fusa est, ut omnia quodam modo ea persequatur, quæ
mortalium generi ad adipiscendam in his terris felicitatem
sunt necessaria. Quæ autem reliquarum disciplina
est, quæ in his omnibus sit occupata? Nam ut de SS: